



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Sylva Cogitationum Sacrarum Pro Cathedra Seu Conceptus Prædicabiles**

Ex Præstantissimis Authoribus collecti ; Et In tres Classes divisi

Complectens Dies Festos Per Annum

**Höger, Franz**


**Ingolstadij, 1726**

**VD18 90197097**

Festum S. Mathiæ Ap.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53072)

hæcerat Beatæ Virginis. II. Finitum est ibi Bellum, tanquam in Templo Pacis, Bellum hoc erat inter Cælum & terram. III. Immolata est ibi Vita, tanquam in Templo Mortis, vita hæc est Justorum, qualis Simeon. Atque sic Templum habemus Gloriæ, Pacis, & Mortis hodie. *Durand. in Character. Sanct. 2. Febr.*



## FESTUM S. MATHIÆ Ap.

THESIS I. *Cecidit Sors super* LAUS.  
*Mathiam. Act. 1. v. 26. I. S.*  
Mathias fuit *Apostata subrogatus*, scilicet  
Judæ Iscarioch. II. Fuit *Iusto praelatus*,  
scilicet Joseph, qui cognominatus  
est *Iustus*. III. Fuit *Apostolatu dignatus*,  
& *annumeratus est cum undecim Aposto-*  
*lis. Vivien in Teriull.*

THESIS II. *Cecidit Sors super*  
*Mathiam. Act. 1. v. 26. Judas fuit*  
*Apostata, Proditor, & Prodigus, sed*  
*Mathias I. Ingreditur domum Christi,*  
B 2 *quam*

quam hic Apostata reliquit. II. Recipit favores Christi, quos hic Prodigus dissipavit. III. Pro Christo patitur, quem hic Proditor persecutus est.  
*La Selve tom. 2. de Sanctis.*

*Electio.*

THESIS III. *Cecidit Sors super Mathiam.* Act. 1. v. 26. I. Est Electio, in qua præsideret Caro. II. Est Electio, in qua præsideret Mundus. III. Est Electio, in qua præsideret Spiritus Sanctus. *Diction. Apost. verbo Electio.*

THESIS IV. *Dederunt Sortes eis.* Act. 1. v. 26. I. Oportet, ut præmittamus Electioni Orationem. II. Oportet Electionem instituere cum Simplicitate. III. Oportet approbare Electionem cum Humilitate. *Id. ibid.*

*Laus.*

THESIS V. *Cecidit Sors super Mathiam.* Act. 1. v. 26. I. S. Mathias reparat crimen Judæ per suam Innocentiam. II. Triumphat de Justitia Joseph per sua Merita. III. Extollit Scutum Apostolorum per suam Virtutem. An non hoc est efferre suam Innocentiam, Merita, & Virtutem ad apicem gloriæ, quantum ipsi possibile est? *Ducrand in Charact. Sanct.*

THESIS VI. *Cecidit Sors super*

per Mathiam. Act. 1. v. 26. Non super Joseph, non obstante, quod Joseph Discipulus Christi, ejus Cognatus, & Justus erat; ex quo nos conjectare possumus, quod S. Mathias præ Discipulis illustratus, præ Cognatis amatus, præ Justis gratiosus fuerit.

THESIS VII. Cecidit Sors. Act. Electio. I. v. 26. Varia Divinationum genera vide supra fest. trium Reg. thes. II.

THESIS VIII. Annumeratus est Peccatum undecim Apostolis. Act. 1. v. 26. aliena. Refert Clemens Alexandrinus l. 1. Stromat. S. Mathiam crebrius in ore circumtulisse verba sequentia: Si Electo vicinus peccavit, peccavit Electus: Nam si se ita gessisset, ut jubet verbum & ratio, ejus vitam ita vicinus fuisset reveritus, ut non peccasset. Hucusque Apostoli verba: ex quibus concluditur I. Quod Peccatum nostrum peccatum Proximi est. II. Et Peccatum Proximi peccatum nostrum. III. Atque sic Peccatum nostrum duplex.


THESIS IX. Dederunt sortes Electio. Act. 1. v. 26. Quæ Electio bona

B 3 na

na fir, *Vide supra Part. 1. Dom. Quinquages. Thes. 9.*

*Successo.*

THESIS X. *Statuerunt duos. Act. 1. v. 23.* Ecce duo pro uno, ita nihil Deo decedit nostra defectione. I. Sic Homines obrinuerunt locum in caelo, à quo defecerunt Angeli. II. Sic Gentiles acceperunt locum pro Judæis. III. Sic Indiani Idololatræ intraverunt in veram Ecclesiam, à qua exierunt Hæretici. Frustra: Locum Cain fratris sui accipit Seth filius Adam, locum Saulis accipit David; locum Vasthi accipit Esther; locum Judæ Mathias.



## FESTUM S. JOSEPHI Nutritij.

*Dignitas.*

THESIS I. *Joseph autem Vir ejus. Matth. 1. v. 19.* I. S. Josephus cum æterno Patre Titulum Patris participatur: qui cum eo Paternam dignitatem, singularitatem, charitatem dividit. II. Cum Spiritu Sancto Dignitatem Sponsi: Nam ambo Sponsæ Virginitatem